



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 91. Sessio XVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

§. XCI.

*Sessio XVIII.*Sæcul. XV.  
A. C. 1434.

Sessio decima octava instituta est Sabba-  
to vigesima sexta die Junii absente  
Imperatore Sigismundo, qui absoluta Ses-  
sione XVII Basilea abscefferat. Patres Sy-  
nodi de novo, ac quinta jam vice decre-  
tra quartæ ac V. Sessiois Concilii Con-  
stantiensis repetunt, rati, quod omnes &  
singulos de Conciliorum auctoritate cer-  
tiores reddere, e re sua vel maxime es-  
set. In hac eadem Sessione Joannes Pa-  
triarcha Antiochenus tractatum a se cur-  
rente hoc anno compositum obtulit Sy-  
nodo, quo evincere conabatur, Concilii  
pote

rio & auctoritate S. Leonis, Legatis suis con-  
cessa, correctæ clausula aliam edere coacti sunt,  
denique ex frequentissimis Chalcedonensium  
Patrum acclamationibus: *Sicut Leo, ita credi-  
mus*, facile inferre potuisset, quod Patres suas  
definitiones ad doctrinam & decisionem Leo-  
nis Papæ tanquam ad lydium lapidem, non au-  
tem ad Synodi placitum examinaverint. Con-  
tradicens vertigine titubare credimus illum,  
qui relictis authenticis, universaliter approba-  
tis documentis, ex male confutis laciniis, apo-  
cryphis ac controversis factis, opinionis suæ  
argumenta depromit. Vide P. Leytam in suo  
olypeo fol. 22. & 38, & innumeros alios.



Sæcul. XV.  
A. C. 1434.

potestatem Pontifice superiore esse, propterea Eugenium non potuisse Synodum hanc dissolvere absque ejusdem consensu, sed magis illum ei obedire, ac subditum esse debere. Exstat tractatus ad calcem actorum Concilii Basileensis in appendice prima.

Sessio sequens usque ad mensem Septembrem protracta est, interea tamen plures actæ fuerunt Congregationes, in ea, quam decima sexta Junii celebratam novimus, Constitutio Caroli IV. Imperatoris contra violatores immunitatum Ecclesiæ aucta, & latius explicata, promulgatur, atque ad Abbates monasteriorum S. Bavonis, Gandavensis, Cameracensis, ac Sancti Petri Lovaniensis, Ecclesiarum Tornacensis, Leodiensis, & Trejectensis dirigitur. Die tertia Julii posterius auctoritate Synodali Eugenii Constitutio Romæ die vigesima sexta Maji anno superiori data de veneratione Corporis Christi, & indulgentiis ejus festivitatis concessis publicata est, ac ubique observari jussa. Consuli potest D. Bailletus de festis mobilibus, qui in hanc rem discurrit.

Conc. Append. to. 12.  
p. 844.

§. XCII.

*Epistola Eugenii Papæ ad Synodum.*

Præterea die vigesima nona Junii ejusdem